

coniugi imminet. Vt probabo in simili, nimirum, quando coniuu lepra infectus est, lib. 9. disput. 24. nu. 23. & vt in simili ibi dicemus, tenetur vir huic vxori petenti reddere. Quauis probabilis sit eum non teneri reddere. Cum sententia num. precedenti relata dicens nec licere petere, nec reddere, sit probabilis.

Tandem, quando mulier certa est de viri impotentia, eo quod triennium cohabitationis iure præscriptum ad experiendum

DISPUT. CENTESIMATERTIA.

Quando dubitatur, an impotentia præcesserit, an subsequuta sit matrimonium: vel præmissis examine, an sit vera impotentia, & an perpetua, vel temporalis: an præsumatur eam subsequutam, vel nõ esse veram, nec perpetuam, vt vel sic matrimonium valeat:

SVMMARIVM.

Refertur triplex sententia. num. 1. 2. & 3. Quando impotentia est naturalis, præsumitur in dubio eam præcessisse, num. 2.

Quando est accidentalis, vt ex maleficio, vel abfessione, præsumitur in dubio eam subsequutam, nec soluitur coniugium, nu. 5.

Quid, si breui tempore post matrimonium contracta est impotentia, num. 6.

Quid, si dubitetur an impotentia sit naturalis, an accidentalis, num. 7.

Quid, quando non est dubium circa impotentiam antecessorem, sed circa eius veritatem, ac perpetuitatem, vel matrimonij consummationem, num. 8.

Quid, quando vir post matrimonium reperitur potens ad corruptam, sed dubitatur, an ad virginem se deũ in potens sit: & quid, quando dubitatur an semina ratione arduitudo separata, cognitaq; ab alio, sit quoque a primo viro cognoscibilis, ac sit id matrimonium validum: & quid, quando dubitatur, an femina illa possit absque viro periculo reddi per incisionem apta, viro cui nupsit, num. 9.

An stance dubio impotentie viri, aut articulo dicitur, liceat matrimonium inire: & eo in to vlt. num. 10.

Satisfit ar. v. verus, num. 11.

Variae sunt in hac disputatione sententiae. Prima sustinet in dubio an impotentia præcesserit matrimonium, & proinde illud sit irritum, præsumi eam præcessisse, ac matrimo-

transierit: nec illa probare potest, vir enim negat: nec potest constare per inspectionem, quod ipsa virgo non sit, & vir integra membra habeat, neuter potest petere, nec reddere. Quod constat id matrimonium esse irritum. Atq; ita aperte docent D. Tho. 4. d. 34. in fine, in expositione literæ. vers. sed si vir, & ibi Albertus Magnus art. 7. ad vltimum, vbi dicunt eam feminam debere sibi cõsulere iacendo seorsum, ne viro impotentis periculum incontinentiam immineat.

nium esse dissolendum tanquam irritum. Ducuntur partis huius patroni, per cap. finale, de frigid. & malef. vbi nec allegatio, nec probatio facta est super prioritate temporis, sed probato maleficio, ac præsumpto perpetuo per triennij experientiam, separatum est matrimonium. Quasi statim præsumat maleficio præcessisse. Nã aliàs id probandum erat, vt matrimonij ratione illius dissolueretur. Secundo, quia textus cap. licet ex quadam, in fine, de testib. & at testat. ex quo Doctores communiter colligunt, in dubio fauendum esse valori matrimonij, procedit quando matrimonium potest suum consequi finem, nimirum, bonum prolis, aut fornicationis vitacionem. Quod minime contingit, vbi coniuu est impotens, sed vtroq; sine fructu. Potius ergo tunc aduersus matrimonij valorem præsumendum est in dubio impotentiam præcessisse. Tertio, quia iudicatio impotentiam præcessisse, fauere prolis, & continentie. Sic enim coniuu potens non manebit eo matrimonio ligatus, ac integrum illi erit ad alias nuptias transire, quod prolem suscipiat, atq; incontinentiam periculum vitet. Et confirmatur, quia præsumptio in alicuius fauorem induta locum non habet, quoties in eius damnum redundaret. Sicut in dubio quispiam præsumitur bonus: ac si ex præsumptione bonitatis actus redundaret damnum illum agentis, cessat præsumptio. Ne quod fauore alicuius indutum est, in eius odium retorqueatur. Contra regulam,

quod ob gratiam, de regulis iuris, in 6. Vt cum Bartolo, Felino, & alijs per ipsam relatis, tradit Nauar. commentario 4. de regular. num. 72. vers. non obstat. Cum ergo labor hic matrimonij, vt in dubio pro eius valore præsumatur, inductus sit fauore prolis, cessare debet quoties in prolis damnum is matrimonij valor eedit: vt contingit quoties de antecessione impotentie dubitatur. Tandem, quia quandoq; ex præsentibus sumitur præsumptio circa præteritum: vt testatur Glossa finalis cap. scribam, de præsumpt. Ergo ex impotentia in præsentibus reperta, potest iure optimo deduci præsumptio, extitisse eam tempore præterito ante matrimonij initium. Et ita loquentes de omni impotentia, atq; etiam accidentali maleficio, sustinent hanc sententiam. Ex Jurispreritis, Hostien. summa tit. de frigid. & maleficio, quæ impotentia num. 7. vers. quid d dubitetur, & cap. fraternitatis num. 4. verb. præter diuinum, eodem tit. Et ibi Ioann. Andr. num. 23. Abb. num. 16. Anchar. nu. 16. vers. querit si est dubium. Præpos. num. 13. Henricus num. 7. 8. & 9. Alexander de Neuo ibi §. quantus num. 7. 8. & 9. Item Abb. cap. finalis num. 3. eodem tit. Et ibi Anton. num. 8. Præpos. num. 3. paulo post principium, & num. 6. Astenfis 2. par. summa, lib. 8. tit. 29. art. vnico quæst. 2. Brunellus de Sponfal. conclus. 28. limitatione 5. nu. 21. Rossella verb. diuortium num. 4. Angelus verb. matrimonium 3. impedimento 16. num. vltimo. Sylu. verb. matrimonium 8. quæst. 16. dicto 9. Decisio capella Tholozana 381. num. 5. Montalius. l. 4. fine, & l. 7. ad finem tit. 8. par. 4. Gregor. Lopez. l. 5. verb. de tal embargo tit. 8. par. 4. Malcardus de probationibus, conclusio 816. num. 19. & conclus. 1027. num. 3. Gaeta cap. ad limina 30. quæst. 1. §. 4. quæst. 237. num. 542. Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. rubrica, glossa 1. num. 204. Et ex Theologis, Ricardus 4. d. 34. art. 3. quæst. 1. ad 2. Abulenfis cap. 19. Matth. quæst. 90. in fine corporis. Petrus de Soto lectione 5. de matrim. pagina 2. vers. his autem proximum, in fine. Veracruz 1. par. Speculi, art. 20. conclusio 3. Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 8. num. 3. Emmanuel Sa in summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus, in impedimento impotentie, in fine. Et idem explicant Alexander de Neuo, Henricus, & Henriquez ibidem, quando ex morbo, aut in cisione amissit viri virilia, aut vtroq; re-

sticulum, atq; dubium est an ea impotentia præcesserit matrimonium: in eo enim dubio aiunt præsumi impotentiam fuisse ante matrimonium, & ita hoc esse irritum ratione illius. Temperat autem hanc sententiam Alex. de Neuo eo cap. fraternitatis. §. quantus num. 9. nisi vir asserat se vxorem cognouisse, nec ipsa per aspectum se virginem probare possit, tunc omnia potius credi viro, atq; præsumi maleficio post matrimonium accidisse.

Secunda sententia sustinet, in dubio non præsumi impotentiam fuisse ante coniugium, quando alter coniuu petit separari matrimonium ratione impotentie. Cum enim sit ador, atq; intentionem suam fundet in impotentia præcedenti matrimonium, vt id dissoluat, non præsumitur eam præcessisse, sed ipsi onus probandi incumbit. Secus si vterq; coniuu dissolutioni assensum præstaret, vel si alter petat aliquam in vxorem: tunc enim præsumitur impotentiam præcessisse. Sic Anton. cap. fraternitatis num. 20. de frigid.

Tertia sententia ait, in potentiam accidentalem, qualis est maleficio, aut si virilia abscissa sint, non præsumi præcessisse, atq; ita in hoc dubio validum esse matrimonium. Ita sustinent Glossa 33. q. 1. in summa verb. quod autem, in fine. Goffredus in summa tit. de frigid. & malef. num. 8. fine. Cardinalis Florentinus, quem refert Alex. de Neuo cap. laudabilem, in fine, de frigid. & malef. Anchar. cap. 1. fine, & cap. ex literis, in fine, eodem tit. Monaldus summa, tractatu de matrim. tit. de impotentia accidentali, statim in principio. Romanus rubrica. ff. soluto matrim. nom. 12. vers. limit. istud. Supplementum Gabriellis 4. d. 34. q. vnica, art. 2. post corollarium 1. quod infert ex 1. conclusione vers. quid iuris.

Prima tamen conclusio fit. Quando impotentia est naturalis, in dubio præsumitur eam præcessisse, & sic matrimonium esse nullum. Ducor, quod naturalia sint perpetua: & qualitate que a natura est, semper in esse præsumatur. Vt probat Menochius de præsumptione lib. 1. præsumptione 14. nume. 3. Potest etiam probari rationibus, & auctoritate Doctorum primæ sententia numer. relata. Nec credo Doctores tertie sententia relata numer. præcedenti huic contradicere: quia loquuntur de impotentia accidentali, dum dicunt præsumi eam sequutam post matrimonium. Et ita Ancharan. & Cardinalis

Florentinus, authores illius fatentur hanc conclusionem.

Secunda conclusio. Quando est impotentia accidentalis, vt ex maleficio, abscessione, aut ex quolibet alio morbo confurgens, & sufficienti diligentia præmissa cõfiteri nequit, an ea matrimonium præcesserit, an potius esse sit. quauis valde probabile sit, præsumi eam præcessisse, ac proinde irritum esse matrimonium: eod quod multorum Doctorum autoritate, & optimis rationibus sulciatur: vt constat ex allegatis num. 1. ac mihi multò probabilius est, quod docent Authores tertie sententia, quos num. 3. retuli, nempè, præsumi impotentiam illam subsequutam esse matrimonium, ac proinde id fuisse validum. Ducor, quod esto iudicium matrimonium omni fauore peculiari destitutum sit: præsumptio iuris est pro ea parte, vt impotentia illa non præcesserit matrimonium, sed sequuta sit. Cùm enim natura ipsa hominem illum potentem produxerit, asserenti eum aliquando impotentem fuisse incumbit onus probandi, vt potè cui aduersatur præsumptio à natura ipsa descendens. (vt in simili probauit lib. 8. disputat. 8. num. 17.) Cùm ergo hanc impotentiam accidentalem non probetur fuisse ante matrimonium, non præsumitur eo antecedenti tempore fuisse, sed præsumptio militabit pro qualitate naturali, quæ est potentia coeundi. Quare non est opus confugere ad matrimonij fauorem, vt præsumendum sit eam impotentiam subsequutam: id enim necessarium foret, vbi ipsa iuris præsumptio non conuinceret impotentiam subsequutam esse. Cùm autem id conuincat præsumptio, quæ à natura ipsa proficiscitur, in hoc euentu, cessante omni matrimonij fauore, præsumendum est impotentiam subsequutam, & ideo illud validum esse. Secundò, quod cap. licet ex quadam, de testib. & attest. in fine, vnde Doctores deducunt in dubio pro matrimonij valore præsumi, non innitatur peculiari matrimonij fauore, sed ratione ipsa ex principijs naturalibus deducta. Vt constat ex ratione in eo textu subiuncta, ibi: *Tolerabilis est enim aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam conuictos legitime contra statuta domini separare.* At in hoc euentu eadem ratio militat: nam in dubio, nec habita sufficientis impotentia probatione, quæ matrimonium antecederet, dirimeretur illud contra legem diuinam, ex

dubijs hominum testimonijs. Sed diceo hunc textum minimè fauere, quod loquitur quod impedimentum est ex solo iure humano, vt constat ex illis verbis: *Contra statuta hominum dimittere copulatos.* At impedimentum impotentia dirimit iure naturali, ac diuino. Sed dic dum textus ait, contra statuta hominum, non esse sensum, id est, contra statuta Pontificum: sed sensus est, id est, contra hominum testimonia firmitate necessaria destituta ad cõcludendum matrimonium iam cõtractum esse irritum, ac proinde non certam, sed dubiam fidem faciunt. Et constat hæc expositio, tum, quia etiam si impedimentum sit iure humano dirimens, manerent vtique coniuges illi contra statutum iuris diuini, ac naturalis copulati: quippè esset illorum concubitus fornicarius: tum etiam, quia id constat ex antecedentibus in eo textu, quæ omnia versabantur circa testimoniorum preferendorum circumstantias, vt fidem facerent ad matrimonium dissoluendum. Et ita conclusit Pontifex, quando hæc testimonia non ijs circumstantijs vestita sunt, vt fidem certam faciant, tolerabilis esse contra ea testimonia dimittere aliquos copulatos, quam contra statuta Dei separare legitime coniungendos.

Limitarem tamen hanc conclusionem, nisi breue tempus à matrimonio contracto vsque ad eius consummationis intentionem transisset. (vt communiter accedit.) Tunc enim non præsumitur tam breui tempore impotentiam illam accidisse, sed potius præsumendum est, eam priorem matrimonio fuisse. Et in hoc casu assensio primæ sententia num. 1. relata.

Quod si facta sufficienti indagine dubitetur, an impotentia sit naturalis, an potius accidentalis: existimo in hoc dubio accidentalem præsumi, & ita posteriorem matrimonio inito. Quoniam cùm potentia ad copulam sit homini connaturalis, vbi de impotentia naturali minimè constat, non vtique ea præsumitur, sed si aliqua sit impotentia, censetur, ac præsumitur eam ex accidenti aliquo profectam esse.

Tertia conclusio. Quando non versatur dubium circa antecessiõnem impotentia, sed dubitatur, an vera impotentia sit, & an matrimonium consummatum sit, necne: & adhibita sufficienti diligentia id dubium vinci nequit: censeo in hoc dubio præsumi

pro

pro matrimonij valore, nec illud semel initum posse dissolui. Ducor, quia cùm quilibet naturaliter præsumatur potens, asserenti veram impotentiam, vbi ea dubia est, incumbit onus eam probandi: & dum ea non fuerit cerò probata, præsumitur pro naturali potentia, ac subinde pro matrimonij valore. Deinde, quod in hoc dubio pos sessio sit pro matrimonio. Cùm id cõtractum esse constat, & solùm dubitetur de eius impedimento, quod nunquam præsumitur. Præterea probatur ex doctrina Innocentij, cap. 1. de frigid. & malef. num. 3. sine, vbi ait viro asserenti propriam potentiam, ne dissoluatur matrimonium, fidem habendam esse contra feminam eam negantem, sit eam subdit rationem, quod quilibet præsumatur potens, & quia stat pro matrimonio quod suauis est. Ad idem cõferunt Doctores asserentes, etiam feminam fatenti viri potentiam, & ab eo se cognita, ne dirimatur matrimonium, potius credendum esse, quàm viro neganti: eamque reddunt rationem: quia stat pro matrimonio quod suauis est. (quos referam disputat. 109. num. 9.) Censent ergo hi, in hoc dubio fauorem matrimonij præponderare, vt valeat. Ad idem etiam conferunt Innocentius, cap. 1. in fin. de frigid. & malef. Corsetus in suis singularibus. verb. testis, singulari incipienti, duo testes deponunt. Petrus Gregorius in syntagmate iuris, lib. 9. cap. 12. num. 11. Fuluius Pacianus de probationibus, lib. 1. cap. 50. num. 62. vbi aiunt pari numero testium negantium virum frigidum esse, potius credendum esse quàm affirmatiuum eidem numero. Et reddunt rationem, quod illi verisimilia, & aptiora nature deponant, iuxta quam nemo frigidus præsumitur. Ergo in dubio potius præsumitur potentia, quæ viro est connaturalis. Item, quia cap. fraternitatis. versic. quauis igitur, de frigid. & malef. deciditur feminam ratione arbritudinis præsumptæ separatam à viro, postea; ab alio simili cognitam, restituedam esse priori viro, vt experiatur an eam similiter cognoscere possit. Cùm tamen non constat, sed solùm præsumatur eius potentia. Ergo in dubio veritatis impotentia non est separandum matrimonium. Et confirmatur, quia eodem cap. in fine, quando post initum matrimonium dubitatur de impotentia, concludit Pontifex non facile iudicandum: eum finale iudiciū pendeat ex futuro euentu. At si in dubio esset dissoluendum matrimonium, esset fa-

cile iudicare, & sine sufficienti certitudine. Tandem, quia cap. finali, de frigid. & malef. post octo annorum experientiam, quibus coniuges commiseri non potuerunt, consulti Pontifex, vt iterum vacent carnali copule. Ergo renuit separare matrimonium dubia; alias tam longa experientia contentus esset. Et hanc sententiam in proprijs terminis sustinent Sotus 4. distin. 34. quest. vnica, art. 2. colum. 4. versic. rogas autem, & Ludouicus Lopez. 2. part. instructio. 7. vbi de matrimon. cap. 52. columna 3. paulò ante versic. tertio dicitur, vbi aiunt quando elapso triennio nõ potest constare, an matrimonium sit consummatum, & sic an sit impotentia, re dubia proferendam esse sententiam in matrimonij fauorem, ne dirimatur: alioquin (inquunt) fraudibus, & dolis sterneretur via. Nec censeo hoc esse aduersus Doctores primæ sententia: num. 1. relata. Quia illi loquuntur in casu in quo de impotentia constat, & solùm dubitatur, an ea matrimonium præcesserit: & censent præsumi eam præcessisse, vt dirimatur matrimonium. Quod illud quando constat de impotentia, omni fauore destitutum sit. At in casu nostræ conclusionis non constat de impotentia, sed ea dubia est, & præsumptio stat pro potentia (vt nuper probauit) vnde non est cur matrimonium id fauore priuari debeat, vt in dubio pro illo iudicetur. Dixi autem in conclusione, quando dubitatur an ratione veræ impotentia matrimonium sit consummatum. Quia si constat id non esse consummatum, ac dubitatur de impotentia, præferitur ius cap. laudabilem, de frigid. & malef. triennium ad experiendum, in quo si constat eos non potuisse consummare, censetur impotentia perpetua, ac dirimitur matrimonium. Quare conclusio procedit (vt bene aiunt Sotus, & Ludouicus Lopez. proximè allegati) quando eo triennio dubitatur, an matrimonium consummatum sit, ac proinde de veritate impotentia. Vt quia alter coniux cõsummationem affirmat altero neganti, nec per aspectum potest veritas deprehendi.

Quid autem censendum sit, quando vir post matrimonium inuenitur potens ac corruptum, sed dubitatur an ad virginem quam duxit, potens sit. Diximus disputat. 93. num. 28. & quid quando dubitatur, an femina ratione arbritudinis separata, cognitaque est ab alio, sit quoque cognoscibilis à primo, & ita primum matrimonium

sit

lit validum: diximus ibi num. 14. & quid, quando dubitatur, an femina illa possit absque vitio per incisionem reddi asta viro cui nupsit, an valeat matrimonium: diximus ibi num. 15.

I O Tandem dubitabis, an ei cui non plene cognita est propria impotentia, culpa tribuendum sit, si ad matrimonium transeat? Palacios. 4. distin. 34. disput. 1. colum. 14. paulo ante tertiam conclusionem, ait hunc non delinquere matrimonium incedendo, ac postea eo vtrando. Quod triennale spatium concedat Ecclesia. cap. laudabilem, de frigid. & malef. ad experiendam potentiam: ar dum est dubius de impotentia (inquit) non poterit petere, sed tantum reddere iuxta cap. dominus, de secund. nupt. At tenendum est, non licere huic matrimonio copulari, donec re diligenter inuestigata dubium deponat. Quoniam exponitur irritandi matrimonij periculo: nec Ecclesia triennium experientie concedens permittit in eo dubio impotentie matrimonium contrahi: sed quando semel legitime intum est, ac favoritur id dubium, cōcedit illud spatium ad indagandam veritatem, & vt constat, an matrimonium dissolvendum sit. Et cap. dominus, de secund. nupt. interdicatur transitus ad aliud matrimonium, quando non constat, sed adhuc dubium est, an prior coniux obierit. Nec placet etiam, quod ait Palacios ibidem, nempe, matrimonium in eum eo impotentie dubio non licere petere, sed tantum reddere. Sed existimo vtrumq; li-

cere: & hoc quantum vtrique mala fide illud inierit: non ratione possessionis, quæ mala fide incipienti minime suffragatur, sed quia eius matrimonij valor est necessarius discutendus, ac quando de impotentia non constat, nullo alio modo discuti potest, nisi habita copula. Si ergo hæc interdiceretur, suspensa esset Ecclesia, nec posset iudicare, an id matrimonium confirmandum esset, an potius dissolvendum. Quare casus hic excipitur a decisione. cap. dominus, de secund. nupt. vt probauit lib. 2. disput. 41. num. 53. ad primum argumentum secundæ sententiæ.

I I Ad argumenta num. 1. proposita respon- detur. Ad primum dic, eum textum non probare, quia non petitur est a Pontifice, an præsumatur maleficium præcessisse, nec de hoc quæstio inlinita est, vt id allegaretur, aut probaretur. Sed tantum quæsitum est, quando præsumatur maleficium perpetuum, vt sic matrimonium sub sequeus dirimat: & responderi Pontifex, quando triennis cohabitationis transactio non cessat. Nec aliqua mentio est facta de maleficij antecessione, sed ea supponitur: quia circa illam non versabatur dubium. Ad secundum, & tertium, & confirmatio- nem patet ex dictis num. 5. vbi probauimus non opus esse confugere in hoc casu ad aliquem matrimonij fauorem. Ad vltimum fateor id aliquando contingere. At in hoc casu non potest habere locum: eo quod obstat præsumptio naturalis, quæ est in contrarium, vt num. 5. probauit.

DISPUTATIO CENTESIMA QUARTA.

An impotentia temporalis ex defectu ætatis ad matrimonium requisitæ confurgens, id dirimat, & quo iure: & quæ sit hæc ætas?

SUMMARIUM.

Quæ ætas desideretur ad matrimonium, & an debeat esse completa? num. 1.
An satis sit, vltimam diem anni quo expletur ætas, esse captam? num. 2.
An sufficiat, licet tres dies ad ætatem requisitam desint? num. 3.
An in dubio præsumatur potentia ante pubertatem completam: & cui vsus deseruiat, affirmare desiderari ætatem omnino completam? num. 4.
An malitia suppleat ætatem? num. 5.

An sit peccatum contrahere matrimonium ante debitam ætatem? num. 6.
Quot quæstiones disputanda sint? num. 7.
Quo iure defectus ætatis dirimat matrimonium? Refertur quedam sententia. num. 8.
Proponitur sententia Auctoribus. num. 9.
An infidelium matrimonium quacunque ætate initum valeat? num. 10.
An possit Pontifex in ætatis defectu dispensare? 1.
An id quoque possit Episcopus? num. 12.
Soluuntur argumenta. num. 13.
Post num. 13. inuenies alia summaria.

Prius

Prius quam ad quæstiones disputandas descendamus, præmittenda sunt aliqua certiora apud omnes. Primum constat ætatem requisitam ad matrimonium valide incedendum, esse pubertatem, nempe, annum duodecimum in femina, vt constat ex cap. continetur, de desponsat. impub. in viro autem annum decimum quartum. C. attestaciones, & cap. ex literis, eodem tit. Quæ ætas ita a canonibus definitur, quod tunc præsumatur habiles ad copulam, & ad consensum coniugalem. Vt constat ex cap. puberes, de desponsat. impub. vbi hoc notat Glossa finalis ab omnibus recepta. Et quia in hac ætate aduenit pubertas. Cur autem citius pubescant feminae, satis eruditè tractant Tiraque. l. 6. connub. num. 38. & Gutierrez. Sacramenta puberum num. 1. & 2. Cui aduersus venditionem. Cur autem eadem ætas in vtroque sexu ad valorem sponsalium desideretur, dispar verò ad matrimonium, diximus lib. 1. disput. 16. nu. 2. Hæc verò ætas tam in viro, quam in femina debeat esse completa. Sic clarè colligitur ex cap. continetur, de desponsat. impub. vbi ad valorem matrimonij puellæ non duodecim, ponderatur eam proximam duodecim annis fuisse, ac a viro cognitam. At si non peteretur duodecim annis completus, non esset opus ponderare vtrumque, idem constat ex c. attestaciones, eod. tit. ibi, *An ætas quam ad annum decimum quartum peruenisset, &c. ex literis, eodem tit. ibi: Donec compleat quæ annum decimum quartum.* Et cap. finali, eodem tit. proponitur casus de puella, quæ circa duodecimum annum nupsit, & tamen deciditur coniugium non valuisse, nisi malitia suppleat ætatem. vbi Glossa. verb. circiter, ait ad modicum tempus referri eam diuisionem. Sentit ergo textus non valere matrimonium feminae, cui modicum tempus ad duodecimum annum completum deficit, nisi malitia ætate suppleat. Et ita sententur vniuersi Doctores in textibus allegatis.

2 Satis tamen est, si vltima dies anni duodecimi in femina, & decimi quarti in viro sit incepta. Quod ita fauore testamenti decernatur, l. quæ ætate. ff. de testamen. At matrimonij fauor non minor est. Et ita docent Ioann. Andr. cap. fin. num. 3. de desponsat. impub. & ibi Anton. num. 6. Abbas num. 6. Cardinalis num. 2. Idem Abb. cap. attestaciones, num. 7. eodem tit. & ibi Alexander de Neuo nu. 20. Brunell. de sponsal.

cōclus. 4. nu. 6. Rosella. verb. matrimonij. 2. num. 5. Syluest. verb. matrimonium. 5. q. 5. Tabiena. verb. matrimonium. 2. q. 6. nu. 7. Atq; idem ex multis probauit in ætate ad sponsalia requisita, lib. 1. disput. 16. num. 2.

Quare mihi non placent quidam asserentes sufficere eam ætatem ad matrimonij valorem, quantum tres dies ex ea deficient. Quod moraliter censetur tunc ætas completa. Sic tradunt Hostiæ. c. puberes. nu. 5. de desponsat. impub. Et Veracr. 1. p. Speculi, art. 16. vers. primò sponsalia, dicens requiri in femina annum duodecim, vel prope. Et Martin. à Ledesma. 2. p. 4. q. 60. art. 1. col. penult. vers. hæc sitabis vltimis, dicens satis esse, quævis decem dies desint. Sed in simili latè reprobaui lib. 1. disput. 16. nu. 2. n. 6. pe. in sponsalibus. Et profectò si id esset verum, corrueret doctrina tot Doctorum, quos nu. præced. retuli, tanquam quid speciale dicentium fauore matrimonij valere, quævis vltima dies non sit completa, sed incepta. Atq; ita in proprijs terminis docet Abbas. c. fin. de desponsat. impub. nu. 6. & Henricus. c. puberes. nu. 5. eod. tit. Cardin. eo. c. fin. nu. 2. Alex. de Neuo. c. attestaciones. nu. 19. eod. tit. Brunellus de sponsal. c. 61. 4. nu. 6. Sotus. 4. d. 3. q. vnica. art. 5. vers. at verò vtrūm. Celsus consil. 95. num. 3.

Hinc deducitur, in dubio nec marit, nec femina præsumi generationi aptos ante dictam pubertatis ætatem completæ: quare ante eam ætatem asserenti hæc aptitudinè, incumbet onus probandi, vt potè qui præsumptionem contra se habet. Et ita docet Innocen. c. continetur. nu. 3. de desponsat. impub. & ibi Anton. nu. 10. & c. puberes. nu. 3. eod. tit. vbi Hosti. nu. penult. Hæricus nu. 2. Alex. de Neuo. c. a nobis. nu. 8. eod. tit. Dominicus consil. 24. nu. 6. Brunell. de sponsal. concl. 28. nu. 8. declaratione 3. Nauarr. summa. c. 22. Hispanè. nu. 28. Latine. n. 29. Couarr. 4. decret. 2. p. c. 5. nu. 3. At impleta pubertate præsumitur hæc generandi potentia: ac subinde in eam negantem transfertur onus probandi. Vt bene docet Dñicus proximè allegatus. Est tamen præsumptio hæc iuris tantum, contra quam contra probatio admittitur. Vt bene docet Hostiensis, proximè citatus. Atque hinc deducitur solutio cuiusdam obiectionis. Posset enim quisquam dicere inuitem esse hæc doctrinam, nullique vsui deseruire. Cum num. sequenti dicatur simus, malitiam, deest generandi potentia ante ætatem completam aduenientem, suppleat ætatem,

ac

ac efficere ut matrimonium tunc initum valeat. Ac non est inutilis, sed valde deseruit: (ut in sponsalibus etiam probauit lib. 1. disput. 16. num. 10. & 11.) quod ius in ea etate completa præsumat potentiam generandi necessariam ad matrimonij valorem, atque ita matrimonium esse validum. Id tamen in animè præsumet ante eam etatem completam, quare tunc non constante malitia etatem suppleente dissoluetur matrimonium: & alleganti hanc malitiam incurret probandi onus, ut proximè diximus.

Secundò constat, in matrimonio malitiam supplere etatem: atque ad eodè validum esse matrimonium ante etatem iure præscriptam initum, si tunc adit potentia generandi, & sufficiens discretio ad se obligandum. Idè; expressè definitur, cap. de illis, el. 2. cap. puberes, & cap. finali, de despons. impub. & ratio est, quia idè ius eam etatem præscribit, quod præsumat tunc pueros, & non antea, & iudicio sufficienti ad matrimonij, & potentia generandi præditos esse. Quando ergo antea hæc ad esse constat, cedit præsumptio veritati.

Verùm autem culpa sit, matrimonij ante legitimam etatem inire, malitia in animè illam suppleente: dixi lib. 1. disput. 17. num. 5. & 6.

His præmissis, sex questiones in hac disputatione discutendæ sunt. Prima est: Quo iure sit matrimonium irritum, ante legitimam etatem initum? Secunda. An si etate completa puer generate nequeat, validè matrimonium ineat? Tertia. Quantum temporis sit tunc expectandum ad cognoscendum, an puer ille sit omninò impotens, vel sic dissoluatur ratione impotentie matrimonium? Quarta. Quid nomine malitiae intelligat, dum decidit ea suppleente etatem, validum esse matrimonium? Quinta. Qualiter probari debeat, & cognosci possit adesse potentiam generandi ante pubertatem? Ultima. Quando puer dicatur pubertati proximè?

Quæstio prima. Quo iure etas pubertatis ad matrimonium desideretur, ita ut antea contractum sit irritum? Quibusdam videtur id esse de iure naturæ. Primò, quia cum nemo ad impossibile obligari valeat. Impossibile est, ff. de regul. iuris, lex naturæ possit ad valorem traditionis, ut se tradens potestatem se tradendi habeat. At puer ante pubertatem caret potentia ad copulam, iure ergo naturæ esse incapax, ut potestatem sui corporis tradat ad copulam coniugale:

in qua traditione essentia matrimonij consistit. Et confirmatur ex cap. quod sedem, de frigid. & malef. vbi dicitur exigi ad matrimonij valorem potentiam coeundi. Et videtur loqui textus de requisito iure naturali. Nam inde colligunt Authores impotentiam coeundi esse impedimentum iure naturæ dirimens matrimonium. Secundò, fortiss id probat textus, cap. 2. de despons. impub. vbi: *Vbi non est consensus: & infra.* Nā textus ille volens inter impuberes matrimonium interdiceret, præmisit ea verba, quasi sentiens ante pubertatè deficere consensum ad matrimonium sufficientem, & idè esse irritum. At quando defectu consensus irritatur, est iure naturæ irritum. Tertio, quia apud Nauarrum lib. 4. consiliorum, in 2. editione. tit. de despons. impub. conf. 5. in fine, refertur Gregorium XIII. die 13. Aprilis, anni 1580. respondisse perenti dispensationem ad impuberis matrimonium: non posse Apostolicam sedem dispensare, si discretio desit, ut potentia consummationis ad matrimonij. Et idè hanc sententiam sustinet Alexander Carrerius lib. 5. de sponsal. cap. 15.

Ceterùm verissima sententia est, solo iure Ecclesiastico eam etatem præscriptam esse: ac proinde attento fido naturæ iure valere matrimonium initum à pueris cuiuscumque etatis, dummodo doli capaces sint. Ratio est aperta. Quia impotentia temporalis non dirimit matrimonium, (ut probauit disput. 92. num. 2.) At talis est puerorū impuberum impotentia. Non ergo secluso speciali iure Ecclesiastico, quod in hoc casu diremit, est iure aliquo irritum inter eos matrimonium. Et confirmatur, quia ut secluso iure Ecclesiastico speciali, quod in hoc casu disposuit, sit irritum matrimonium ratione impotentiae, oportet eam talem esse, ut nullatenus auferri possit præter diuinum miraculum. Et iterum, de frigid. & malef. Quod minimè contingit in hac, sed discursu temporis cessat. Tandè, quia qui in præsentem non est soluendo, potest ad soluendum obligari, quando spes est certa fore, ut in posterum soluendo sit. Quod in impuberibus contingit. Et idè hæc sententiam sustinent D. Thom. 4. dist. 36. q. vnic. art. 5. corpore. Victoria summa, vbi de matrim. num. 284. Nauarr. lib. 4. consil. in 1. editione. tit. de sponsalibus, consil. 39. à num. 7. in 2. tit. de despons. impub. consil. 4. à num. 7. & toto consil. 5. Ledefma 2. p. 42. q. 60. art. 1. col. penult. Vigerius lib. Insti-

tutionum

tution. c. 16. §. 7. versic. 9. ad fin. Verac. 1. p. Spec. art. 39. concl. 1. Matien. lib. 5. reeop. tit. 1. rubrica. gloss. 1. n. 199. Barth. à Ledes. de matr. dubio. 5. fin. Petrus de Ledes. de matr. q. 58. art. 5. paulò post principium. Henric. lib. 12. de matrim. c. 7. n. 1. Manuel 1. tomo summe 2. editione. c. 23. n. 4.

Hinc deducitur primò infideles validè contrahere in quacumque etate, dummodo rationis vsu sint præditi. Quòd legibus Ecclesiasticis nõ subdatur. Atque ita docet Veracraz. Matieço, Hériguez, Petrus de Ledes. ibidè. Quòd intelligendū est, nisi lege specialis ipsorū id matrimonij irritetur.

Secundò deducitur, integrè esse summo Pontifici dispensare, ut in quacumque etate matrimonij initū valeat, modò pueri rationis vsu participes sint. Sicut potest in quolibet alio iure humano dispensare. Et ita docet Nauar. & Manuel. n. 9. allegati.

Maior autè difficultas est, an possit Episcopus ut minores dictæ etate matrimonio copuleri, dispensare? Pars enim affirmans videtur suaderi ex c. 2. de despons. impub. vbi. *Distritius inhiemus ne aliqui ante etatem canonibus prescripta contumantur: nisi forte aliqua urgentissima necessitate interueniente, ut potè pro bono pacis talis cõmunitio toleretur.* Et sic videtur hanc partem sustinere Host. ibi. n. 4. verb. nisi forte. Ioan. Andr. ibi. n. 1. Ant. n. 4. Anchar. 3. Card. in fin. Præpos. fin. Alexan. de Neuo, nu. 6. dicunt enim hi omnes ad Episcopū spectare cognitionem an talis causa iusta sit: & addunt omnes dempto Cardinali, de Episcopali potentia id matrimonij ante legitimam etatem ineundū esse. Idè videtur sentire Nau. lib. 4. consil. in 2. editione. tit. de despons. impub. consil. 5. n. vltimo, vbi docet textum eod. c. 2. intelligi non de tolerantia permissio- nis, sed approbationis. Et probat, quia in dubio verba in meliorem partem interpretanda sunt, c. 2. de regulis iuris. Quòd idè videtur significare gloss. eo. cap. 2. pacis, de desponsa. impub. vbi ait admittendū pro bono pacis quod aliàs prohibetur. Idè videntur tenere Palud. 4. d. 28. q. 2. ar. n. 8. & 10. Angelus, verb. matrim. 3. impedim. 16. n. 7. Sylu. verb. matrim. 5. q. 6. Tabiena, verb. matrimonium. 2. q. 6. n. 7. Nauar. summa hispana. c. 22. n. 31. vbi dicunt esse copulam lethalè contrahere matrimonij absque causa, & Episcopii licentia ante legitimam etatem. Et ita supponunt posse Episcopū in hoc etatis defectu dispensare. Et tenet expressè Henric. lib. 11. de matr. q. 13. n. 12.

quòd pueri sunt prope etatè, ac dubium est, an malitia etatè suppleat, dicitur: ea dispensationem valere pro vtroque fororatusque refert pro se Corsetum, qui tamè nil dicit. Potest etiam probari hæc sententia. Quia quoties in aliquo textu permittitur dispensatio, nec explicatur cui, intelligitur concessa Episcopo (ut ex communissima sententia lib. sequenti latè probabimus.) Cum ergo d. cap. 2. de despons. impub. videatur concedi dispensatio ob vrgentissimam necessitatè boni pacis, poterit Episcopus tunc dispensare. Et quamuis difficultate hoc non careat, censo latè probate esse, in eo casu vrgentissimè necessitate posse Episcopum.

Ad argumenta. n. 3. proposita respondeatur. Ad primū & confirm. dic ea procedere, quando impotentia est perpetua, secus quando est temporalis, ut constat ex dictis n. 9. Ad secundū dic cum Nauar. lib. 4. c. 6. fil. in 2. editione, tit. de despons. impub. consil. 5. n. 3. Gregorius. IX. in copulatione de cretaliū non possuisse eam clausulam integrā, vbi non est consensus, non est coniugium: sed solum initū possuisse, his verbis. *Vbi non est consensus, & infra.* Quòd cõsulit fecit, ut significaret se non ea verba retulisse, quasi in omnibus impuberibus locum haberet: sed ad opportunitatem allegandi, ut cõspicere fecit in copulatione libri decretalium. Et ita Nicolaus Pontifex qui author est illius textus. c. vbi non est. 30. q. 2. ponens eam clausulam integrā, ex ea solos infantes esse matrimonij incapaces intulit. Ad vltimum dic sensum esse, non facile solere dispensare.

SYMMA RIVM.

A valeat matrimonij, si etate legitima pubertatis adeptæ, desit adhuc generandi potentia? Refertur opinio. n. 14. Propositur Authores sententia, nu. 15. Post. n. 15. inuenies alia summata.

Questio secunda. An valeat matrimonium, quando pubes nõ est potens ad copulam coniugalem habendam? Nec in dubium vertimus vbi cõsaret eam impotentia esse perpetuam. Tūc enim certum est, irritum esse matrimonium. Difficultas ergo huius questionis tunc locum habet, quando nõ constat eam impotentiam esse perpetuam: ac ex frigiditate confurgere: sed dubitatur

Y y an

an sit temporalis, ac ex debili ætate pro-
nariat. Duplex est sententia. Prima susti-
net id matrimonium esse irritum. Ducitur,
quia cap. puberes, de despons. impub. di-
citur puberes esse, qui generare possunt,
& cap. de illis, el. 2. eodem tit. decernitur
impuberes potentes generare validè ma-
trimonium inire. Ergo à contrario sensu,
qui generare nequit, quamvis ætate sit pu-
bes, dicitur impubes ad matrimonium, atq;
ad illud ineptus. Hanc sustinent Glos. 30.
quæst. 2. in summa, verb. sponsalia, & cap.
continebatur, verb. proximè, de despons.
impub. & c. puberes, verb. tardissimè, eod-
dem tit. & ibi Abb. n. 4. dicens fortè hanc
sententiam esse veriorè. Veracruz. 1. p.
Specular. 39. conclusiõne. 2.

Secunda sententia (cui tanquam proba-
biliori adhæreo, quamvis prima sit proba-
bilis) ait id matrimonium valere. Quod textus
cap. de illis, el. 2. de despons. impub.
ponderat ad valorem matrimonij potentiam
coeundi cum minori ætate. Ergo ubi
adest ætas idonea, non debet attendi potè-
tia. Nec obstat argumentum à contrario sen-
su quod inde deducit pro se contraria sen-
tentia. Non enim est eadem ratio: nam
quando potentia in puero ætate non præve-
nit, opus fuit illi consulere concessio matri-
monio, vt incontinentiæ periculum ca-
ueret. At quando adest sola ætas, ea ad ma-
trimonij valorem satis est. Nec curant ca-
nones ad decretum variandum, de raro
pueri casu, cui in ea ætate nondum adest
potentia: sed solum attendunt vt in ea æ-
tate matrimonium firmum sit, communi-
ter tunc aduenire potentiam. Ea enim leg-
is natura est, vt sola communiter acce-
dentia spectet. I. nam ad ea. ff. de legibus.
Et ideo hanc sustinent Hostiensis cap. pu-
beres num. 5. de desponsat. impub. & ibi
Innoc. sine. Ioan. Andr. numer. 8. sine. An-
ton. num. 3. Anchar. num. 5. Alexander de
Neuo, num. 8. Card. num. vnic. Præpos. ad
finem, & dicit æquiorè Abb. ibi num. 4.
Dominicus consil. 24. num. 5. Francus. c.
vnic. 5. idem quoq; nu. 3. de despon. impu.
in 6. Brunellus de Sponfa. conclus. 28. de-
claratione. 3. n. 8. Henricus. c. fraternitatis
n. 3. de frig. & malef. Rosell. verb. matrim.
2. n. 8. Angelus, verb. matrimonium. 3. im-
pedimento. 16. n. 6. Syl. verb. matrimo-
n. 5. q. 7. Tabien. verb. matrim. 2. q. 6. n. 7. Na-
uar. lib. 4. consil. in priori editione, tit. de
Sponsalib. consil. 39. n. 14. In posteriori tit.
de desponsat. impub. consil. 4. nu. 14. Co-

uar. 4. decret. 2. p. cap. 5. nu. 2. Anton. Cu-
cus lib. 5. institutionum maiorum. tit. 12. n.
255. Costanus tractatu de Sponsalib. tit. de
his qui nuptias contrahere possunt, nu. 44.
(habetur. 9. tomo tractatum.) Mascardus
de probationibus, conclus. 88. 9. n. 10. & ex
Theologis, Ledesm. 2. p. 4. q. 60. art. 1. co-
lum. penultima, verb. his sic præmeditatis.
Henriquez lib. 11. de matri. c. 13. n. 10. in cõ-
mento, litera. E. & lib. 12. c. 7. nu. 1. Petrus
de Ledesma de matrim. q. 58. art. 5. fin. Et
idem dicendum est, quando femina com-
pleto anno duodecimo ex seminata cor-
poris dispositione nondum potest pati vir-
ilem congressum. Quia eadem prorsus
est ratio, ac de viro.

SVMMARIVM.

Quanto tempore expectandum sit, quando
puer decimo quarto anno completo, &
femina duodecimo, adhuc inveniuntur im-
potentes: Refertur duplex sententia, num.
16. & 17.

Proponitur sententia Authoris, nu. 18.
An si plena iam pubertate adepta durer impo-
tentia, triennium experientia ex tunc inci-
pere debeat, nu. 19.
Post. n. 19. inuenies alia summaria.

Quæstio tertia. Quanto tempore
expectandum sit, quando puer
decimo quarto anno completo,
aut femina duodecimo adhuc
inveniuntur impotentes ad copulã, ad ex-
periendũ ea impotentia sit perpetua, ac
matrimonium firmum sit, communi-
ter tunc aduenire potentiam. Quidã sentiunt trien-
nium expectandũ esse, in quo vacent copu-
lae, & si eo transacto non potuerint eõsum-
mare, censeri impotentia perpetuã, ac dis-
soluendum matrimonium tanquam irritum.
Quia. c. laudabilem, de frigid. & malef. id
triennium experientia generaliter præseri-
bitur. Ita Anton. c. puberes, nu. 3. de des-
pons. impub. Et videtur expressè tenere
Covar. 4. decret. 2. p. c. 5. num. 2. vbi dicit
expectandum esse templum aliquod, ex quo
colligi possit non ex debilitate, sed ex frig-
iditate impotentiam eã consergere: iux-
ta. d. c. laudabilem. Cũ ergo ad quantita-
tem temporis præseribendam remittat se
ad. c. laudabilem, videtur sentire eam esse
triennium ibi præscriptum.

Alijs placet, puero cõtrahenti decimo-
quarto anno præseribi biennium: & si cõtraxit
anno decimo septimo, vnicum annum: & fe-
minæ anno duodecimo nubenti, quæ ex

diminuta corporis dispositione nõ potest
virõ congressum pati, præscribi tempus vsq;
ad decimum quartum annum. Sic docet He-
riquez lib. 12. de matrim. c. 7. n. 1.

At dicendũ est, expectandũ esse vsq; ad
plenam pubertatem, quæ feminis decimo
quarto ætatis anno cõtingit: vt colligitur
ex. l. mel. ff. de alimen. & cibar. lega. viris
verò decimo octauo ætatis anno: vt expres-
sè habetur. l. arrogato. ff. de adopt. & 5. mi-
norẽm, in lit. eodem, tit. Ducor, q. c. lau-
dabilem, de frigid. & malef. procedit quã-
do coniectari potest ex frigiditate, aut alio
impedimento impotentiam consergere:
tunc enim iure optimo ex habitatione trien-
nij præsumpit Ecclesia id impedimentum
esse perpetuum. At quando potest præsumi
ex ætate imbecillitate impotentiam
prouenire, æquitas suadet eam ætatem ex-
pectandam esse, in qua perfectum robur
comparat natura: tunc enim cessabit præ-
sumptio debilitatis ex tenera ætate proue-
nientis, & potest iurè præsumi frigiditas,
aut alium impedimentum perpetuum. Atq;
ita sustinent Host. c. laudabile, paulo post
principium, de frigid. & malef. Scribi Ioan.
Andr. n. 2. Anchar. n. 4. idem Host. c. pube-
res, nu. 5. de desponsat. impub. & ibi Ioan.
Andr. n. 8. Abb. n. 4. Cardin. nu. 1. Alex. de
Neuo. n. 9. Anchar. n. 6. Præpos. ad finem,
Henricus. n. 8. Franc. c. vnic. 5. idem quo-
que. n. 3. de despons. impub. in. 6. Brunell.
de Sponsalib. concl. 28. declaration. 3. n. 8.
Rosell. verb. matrim. 2. n. 8. Angelus, verb.
matrimonium. 3. imped. 16. n. 6. Syl. verb.
matrim. 5. q. 7. Tabiena, verb. matrimonium
2. q. 6. nu. 7. Antonius Cucus lib. 5. institui-
tionum maiorum, tit. 12. n. 255. Franciscus
Marcus decisione parlamenti Delphinal.
680. n. 4. p. 2. Ex quo deducitur non posse
peti separationem matrimonij ratione im-
potentia viri, nisi vir sit maior decem &
octo annis. Quia vsq; tunc nõdum est ple-
nam pubertatem adeptus: & potest præsu-
mi non esse impotentiam veram, sed eam
ex ætatis debilitate prouenire. Quod præ-
ter Doctores omnes nunc allegatos docet
specialiter Supplementum Pisane, verb.
diuortium. n. 2. & ibi Rosella. n. 1. Syl. n.
21. Quod intelligi debet, nisi aperte appa-
reat impotentia ad oculum, vt si habeat
puer virilia amputata: vel careat vtroq; tes-
ticulo: tunc enim nulla tẽporis mora o-
pus est: cum ad oculum conserit impotẽ-
tia, vt bene ait Anchar. c. ex literis, nu. 1. de
frigid. & malef. Et ob eandem rationem

quando dissolutio matrimonij petitur ob
puellæ æritudinem, nec constat ad ocu-
lum eam esse talem, vt non ex ætate imbec-
cilli confurgat, non potest peti, donec
puella expleuerit decimum quartum an-
num, in quo ei pubertatem perfectam
contingere diximus. Quod vsque tunc ex
imbecilli ætate prouenire possit præsu-
mi: sicut de puero ante plenam puberta-
tem diximus.

Vtrũ autem adueniente plena puberta-
te, si adhuc deficiat potentia, sit statim se-
parandum matrimonium: vel ex tunc con-
cedendum sit triennium dicemus latè dis-
putatione. 110. à nu. 8.

SVMMARIVM.

An dicitur in matrimonio malitia etiam
suppleri, nomine malitia intelligatur
sola generandi potentia? Refertur opinio. n. 20.
Nomine malitia intelliguntur potentia ad copu-
lam, & discretio sufficiens ad consensum
coniugalem, nu. 21.

Reprobantur dicentes infantem esse matrimo-
nij capacem, si ad copulam potens sit, nume-
ro. 22.

Non sufficit prudentia supplens ætatem, si de-
sit potentia ad copulam, nu. 23.

Post. n. 23. inuenies alia summaria.

Quæstio quarta. Quid nomine
malitia intelligatur, dum dicitur
textus in matrimonio malitia
suppleri ætatem, & ea supple-
te validum esse ante legitimam ætatem
contractum? Quidam aiunt nomine malitia
intelligi solam generandi potentiam,
atque ita in quacunque tenera ætate hæc
adit, posse validè iniri matrimonium. Du-
cuntur, quia cap. de illis, el. 2. de despons.
impub. dum dicitur malitia suppleri æta-
tem, explicatur hoc, quando possunt pueri
copula carnali coniungi, & clarius colligitur
ex cap. puberes, eodem tit. vbi est
textus retulisset: quosdam pubertatem ex
annis computare: subdit hæc. Certum autem
est, cum puberem esse, qui ex habitu corpo-
ris pubertatem ostendit, & generare iam po-
test. Huius sententiæ sunt Glossa. d. c. de il-
lis, verb. copula; & cap. finalis, eodem tit.
verb. prudentia Host. d. c. puberes, nu. fin.
& ibi Anton. nu. 3. Card. nu. vnic. Præpos.
n. 2. Henric. n. 4. Anchar. n. 3. Ioan. Andr.
c. continebatur. n. 5. eod. tit. Brunell. de Spõ-
fal. conclusiõne. 28. declaratio. 3. n. 9. Perez
lib. 5. ordinamenti, tit. 1. l. i. folio. 7. versu.

rursus non obstat. Quod dicitur. 4. d. 34. diffinitur. vnicia, in. 1. corollario quod inferit ex 5. propositione.

At multò probabilis est, nomine malitiae suppletis aetate ad matrimonium petita, comprehendit potentiam ad copulam, ac prudentiam, & discretionem ad intelligendam consensum conjugalis vim. Quae cum sit res grauisima, & perpetua exigit maiorē discretionē ea, quae in tenera aetate reperitur: quare non sufficit ad matrimonij impuberis valorē sola generandi potentia aetatem praeveniens, nisi ea quoque prudentia addit. Probatur ex. c. fin. de despons. impub. ubi malitia haec aetate praeveniens nuncupatur prudentia. Et ex. c. continebatur, eodē tit. ubi textus ponderat copulam cum aetate pubertatis proxima, ut impuberis matrimonium valeat. At minimè ponderaret eam aetate sola copula sufficienti ponderatur autē iuxta communem intellectū, eodē quod discretio ad matrimonium necessaria praesumatur ex aetate pubertati proxima. Et ideo huius sententiae sunt. D. Th. 4. d. 36. q. vnic. ar. 3. corpore. Abbas. c. de illis, el. 2. n. 4. de despons. impub. & ibi Alex. de Nevo, nu. 7. Rossella verb. matrimonium. 2. n. 2. Angelus, verb. matrim. 3. imped. 16. nu. 8. Sylus, verb. matrim. 5. q. 2. Tabien. verb. matrim. 2. q. 6. nu. 7. Brunellus de sponsal. conclus. 4. n. 6. Lex regia. 6. fin. tit. 1. p. 4. Sotus. 4. d. 35. q. vnicia, ar. 5. colum. 4. vers. quod si rursus, & ad finem corporis, & in solutione ad. 2. Couar. 4. decret. 2. p. c. 5. n. 3. Viguierius libro institutionum. c. 16. §. 7. vers. 9. ad fin. Coitatus de Sponsal. tit. de his qui nuptias contrahere possunt. n. 50. & 51. Anton. Cuc. lib. 5. institut. maior. tit. 12. num. 256. ad dens vir inveniunt impuberes, cui praecoces ad generationē vires natura tribuerit, cui non & praecocem quoque prudentiam dederit. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 13. nu. 10. Bartholomaeus à Ledesma de matrim. dubio. 51.

Hinc deducitur minus verum esse quod tradunt Hof. Card. Praepos. Henricus, Perez, nu. 20. allegati, nempe, puerum minore septennio capace generandi, ac venerationis fruentem, esse matrimonij capace. Nam cum consensus sit etiam necessarius, non esset matrimonium, nisi in eo infans esset quoque maxima discretio, & ita docent Abbas. c. continebatur. pu. 6. de despons. impub. & ibi Praepos. nu. 4. Rossella, verb. matrim. 2. nu. 7. Angel. Sylus, Couar. n. praecedenti allegati. Nec etiam ap-

probo quod dicitur Ioan. Andr. & Archa. nu. 20. relati, nam ille admittit esse matrimonium, modo puer habens generandi potentiam sit maior septennio: hic autem modo dicitur septennis. Nam in tam tenera aetate nequit reperiri discretio sufficientis ad perpetuum consensum conjugalis vinculum. Ex quibus autem discretio praesumatur, & ex quibus potentia coeundi dicam. n. 24. & specialiter. n. 27.

Secundò deducitur, nec prudentia sola suppleri aetatem matrimonio necessariam nisi simul addit generandi potentia. Nec obstat sponsalia ante septennium valere, modo tunc rationis usus addit. Quia cum sponsalia adveniunt pubertate solo puberis consensu cassari valeant, non tantam discretionem ad sui valorem desiderant, quantum matrimonium, quod est vinculum perpetuum. Sic colligitur ex omnibus Doctoribus, num. 2. allegatis. Et docent Sotus. 4. diff. 35. quaest. vnicia, art. 5. columna penultima, vers. at vero utrum. Bartholomaeus à Ledesma de matrim. dubio. 51. fin. Petrus à Ledesma de matrim. q. 5. art. 5. ad finem.

SUMMARIUM.

Qualiter probandum sit adesse potentiam generandi ante pubertatem? Reseratur quaedam sententia, nu. 24.

Probatur hac potentia si femina impubes fuerit cognita, vel puer impubes copulam habuerit, nu. 25.

Nisus ad copulam facit praesumere potentiam ad illam, nu. 26.

Copula nedum nisus non facit praesumere discretionem: ac proximitas aetatis inducit praesumptionem discretionis, non tamen potentiam, nu. 27.

Potest potentia ex alijs signis absque actuali copula probari, nu. 28.

Quae sint haec signa: & an hac potentia accidat ante pubertatem, & quibus, nu. 29.

An si non adsit proximitas pubertatis, praesumatur ex alijs signis potentia, nu. 30.

An si femina non sit pubertati proxima, aperiatio claustrorum probet copulam, & potentiam, nu. 31.

An ad diiudicandam hanc potentiam ex signis sufficiat aspectus partium superiorum corporis, an etiam partes verenda sint inspicienda, nu. 32.

An iuramentum viri decens se habuisse copulam cum impubere, & ibi, quid si impu-

bes

bes cohabitavit cum femina, & reperiat corrupta.

An menstruū in summa sufficiat ad probandū eam esse generationi aptam, nu. 34.

An puer ad feminis effusionem spiritus praesumatur aptus ad matrimonium, nu. 35.

An puerum pilosum esse in pudendis, sit signum potentiae, nu. 36.

Post. nu. 36. in senies cetera summaria qua desiderantur.

24 **Q**uestio quinta. Qualiter probandum sit adesse potentiam generandi ante pubertatem? Quibusdam placet nullatenus probari posse, nisi per actualē copulam: & dum de hac non constiterit, minimè posse dici malitia suppleri aetatem ad matrimonium petitam, vnde dum textus. cap. de illis, el. 2. de desponsat. impub. explicans hanc malitiam qua aetas suppletur, ait. *si potuerint copula carnali coniungi.* Explicat Host. statim allegandus, id est, si de facto se coniunxerint. Huius sententiae sunt Tancredus, & Host. cap. puberes, num. penultimo, de despons. impub. & d. cap. de illis, statim in principio. Anhar. c. de illis, el. 1. fine, eodem tit. Archidia. c. vnic. num. 2. de desponsat. impub. in 6. Hentius. d. c. puberes nu. 3. D. Anto. 3. p. tit. 1. c. 19. in principio, colum. 3. immediatè ante vers. & quia secundum: & fauent Sotus. 4. d. 35. q. vnicia, art. 5. col. penultim. vers. at vero utrum: & Petrus de Ledesma de matrim. quaest. 58. art. 5. colum. vltima, ubi aiunt requiri eos verè matrimonium consummasse, vel ad id esse idoneos.

25 Prima tamen conclusio sit. Satis probatur potentia impuberis ad copulam, si femina impubes ab alio fuerit cognita, vel puer impubes aliam feminam cognoverit. Quòd apta vni praesumatur alijs apta: ac potens ad vnam praesumatur ad vnam quoque feminas potens. Et ita docent Glossa cap. vnic. verb. supplebat, de despons. impub. in 6. & ibi Ioan. Andr. n. 4. fin. Dominicus ibi. §. idē quoque, n. 8. Anto. c. de illis, el. 2. de despons. impu. n. 5. & ibi Abb. n. 4. Praepos. nu. 11. Henric. c. puberes n. 3. eod. tit. Brunel. de sponsal. conclus. 28 declara. 3. n. 9. Angel. verb. matrimonium. 3. impedimento. 1. n. 5. Rosell. verb. matrim. 2. n. 2. Sylus, verb. matrimonium. 5. q. 3. Couar. 4. decret. 2. p. c. 5. nu. 3. Mascardus de probat. conclus. 889. num. 10. Henric. lib. 7. n. de matrim. c. 13. n. 11. Et dicunt esse valde

probabile, quāvis tutius sit ut inter ipsosmet sit copula. Sotus. 4. d. 35. q. vnicia, art. 5. colum. penultim. vers. grauius tamen: & Bartholomaeus de Ledesma de matrim. du bio. 51. colum. vltima.

26 Secunda conclusio. Nisus ad copulam facit praesumere potentiam ad illam. Sic colligitur ex. c. attestaciones, de despons. impub. & docent Couar. alios referens lib. 4. decret. 1. p. c. 4. §. 1. nu. 20. Menochius de praesum. lib. 3. praesumptionē. 2. n. 53. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 13. n. 11.

27 Tertia conclusio. Copula, nedum nisus ad illam, minimè inducit praesumptionē discretionis ad matrimonium petitam, facit tamen praesumi potentiam. E contra autē propinquitās pubertati facit praesumi discretionē, non tamen potentiam. Sic Couar. 4. decret. 2. par. c. 5. num. 3. Ratioque est, quia in tenera aetate inuenitur aliquando robur ad copulam (vt nu. 29. probauimus) cum tamen in ea non soleat tanta discretio adesse, quanta ad vinculum grauisimum, ac perpetuum matrimonij desideratur. Et e contra quando puer pubertati proximus est, solet discretione sufficienti ad hoc praeditus esse: cum tamen rarò potentiam generandi tunc habeat.

28 Quarta conclusio. Multò probabilis est, posse potentiam ad copulam ex signis probari, quāuis copula nondum habitata sit. Ducor, quòd textus. c. de illis, el. 2. de despons. impub. ut impuberis matrimonium valeat, ponderet propinquitatem pubertati: ac coeundi potentiam. Sentit ergo potentiam non ex sola copula probari, sed ex alijs quoque signis. Nam aliās non potentiam, sed potius copulam ipsam ponderaret. Atque ita sustinent Innoc. c. de illis, el. 2. initio, de despons. impub. & ibi Ioan. Andr. n. 3. Abb. n. 4. Praepos. n. 1. Alexander de Nevo. n. 8. Anton. c. continebatur. n. 10. eod. tit. & ibi Cardin. nu. 5. vers. oppono quod sint sponsalia. Francus. c. vnic. §. idem quoque n. 3. eodem tit. in 6. Calcaeus consil. 121. n. 19. Brunellus de sponsal. conclus. 4. n. 6. & conclus. 18. declaratione. 3. nu. 9. Rosell. verb. matrimonium. 2. n. 3. Sylus, verb. matrimonium. 5. q. 3. Couar. 4. decret. 2. p. c. 5. nu. 3. Antonius Cucus lib. 5. institutio-num maiorum, tit. 12. nu. 255. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria. 1. casu. 58. n. 8. Perez lib. 8. ordinamenti tit. 1. §. 1. 2. vers. de caetero. Mascardus de probat. conclus. 889. n. 10. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 13. n. 11. in commento, litera. M.

Y y 3

Signa

29 Signa autem iudicis arbitrio pensanda esse solentur. Doctores. n. præcedenti allegati. Iudex ergo hoc arbitrabitur inspecta personæ qualitate, membrorum dispositione, ac valetudine bona, & n. penul. alias cōiudicatur proponemus. Atq; Nau. lib. 4. cōfil. in priori edition. tit. de sponsal. cōfil. 39. n. 13. in posteriori, tit. de desponsat. im pub. cōfil. 4. n. 13. ait quavis potentia coeundi nō solet in plurimū euenire ante ætates prædictas, nihilominus sæpe euenire præcipue illis, qui in delicijs nutriti sunt. Nam inter superbas opes & delicias enutriti vires maiores, maiusq; robur corporis acquirunt, vnde D. Gregor. lib. 4. dialogorū relatus a Glosf. 20. q. 1. in summa, refert quendam puerū nouē annorum nurrici suam fecisse pregnantē. Et D. Hieronymus epist. 32. ad Vitalem presbyterū narrat se audisse idē de puero decem annorum, & ait Salomonē decimo ætatis anno genuisse Roboam, & Achaz, & vndecimo anno Ezechia, & refert idē Naui. ibi se audisse à viris magna fide dignis quādam puellā decem annorū ante paucos annos peperisse in regno Neapolitano. Atq; Tiraq. l. 6. cōnub. n. 37. affert multa exempla ex varijs Authoribus petita pueroꝝ, qui nono anno, decimo, & vndecimo genuerunt, & seming, quæ nono anno cōcepit.

30 Hoc tamē temperandū est, dūmodo ad sit proximitas pubertatis etenim deficiēt nō præsumitur ex his signis potētia. Sic Anton. c. de illis, el. 2. n. 5. de desponsat. im pub. & ibi Alex. de Neuo. n. 8. Henric. lib. 11. de matr. c. 13. n. 11. in commento, litera. M. Quando autem censetur proximitas pubertatis, dicemus à n. 37.

31 Imō Innoc. c. cōtinebatur. nu. 3. & 4. de desponsat. im pub. & ibi Abb. n. 7. Præpos. n. 3. tuentur quādo femina non est pubertati proxima, minimē probari eā esse matrimonio aptā ex apertione claustrī. Quōd natura præsumat contrariū, atq; ipsam solum passam esse. Atq; explicat Innoc. nisi mulier sit in vndecimo anno, vel vltra. Sed meritō id reprobant Cardin. eo. c. continebatur. n. 5. & Alex. de Neuo. n. 30. & 31. dicētes id verū esse in femina septenni, vel paulō maiori, nisi appareat ex corpulētia, vel ex alijs signis viro apta: secus si sit multo maior septennio: tūc enim præsumitur matrimonio apta ex sola claustrī apertione, vt est textus. c. finali, de eo, qui cognouit confang. Præterea, quia masculus, qui tardius femina pubescit, quandoq; nono

anno est aptus copula, vt nu. 29. probauit. Controvertitur autem inter Doctores, an ad diiudicandam in puberibus potentia hanc ad copulam ex signis, sint aliquid dæ partes verendæ in puberibus? Quidā affirmant eas inspiciedas esse per matronas prædictas. Iuxta. c. ex literis. c. fraternitatis. c. fin. de frigid. & malef. Sic constitutum Platō lib. 11. de legibus: & sic apud Romanos olim obseruabatur, teste Iustiniano inst. quibus modis tutela finiat, in principio, & l. finali. C. quando curator, vel tutor esse desinat. Et ita sustinent Glossa finalis, c. puberes, de desponsat. im pub. Goffredus summa, eod. tit. nu. 2. Abb. c. continebatur n. 7. eodem tit. Faber inscriptura quibus modis tutela finiat, in principio. n. 2. Franciscus Marcus decisione parlamenti Delphin. 678. n. vnic. p. 2. Verū hæc sententia communiter improbat (& meritō.) Nā vt pudori pareatur, & honestas seruetur, constituit Iustinianus locis allegatis non esse locum huiusmodi inspectioni ad pubertatem ex potentia ad copulam probandam. Quod cū à Iustiniano institutum sit: multo potiori ratione ab Ecclesia ita obseruandum est. Adde nullibi præscribitur in iure canonico hanc inspectionem: nam. c. ex literis. c. fraternitatis. c. fin. de frigid. & malef. vbi ea præscribitur, sermo habetur quando post contractum matrimonij petitur eius dissolutio ob coniugis impotentiam. Et idē concludo non esse ad hoc iudiciū partes verendas corporis inspiciedas, sed partes superiores. Et ita sustinent Host. d. c. puberes. nu. 1. & 2. & ibi Ioan. Andr. n. 1. Anton. fin. Abb. nu. 2. Anchar. n. 3. Henricus. n. 8. & 9. Alexander de Neuo. c. continebatur. n. 31. eo. tit. Calcanens conf. 121. n. 19. Antonius Cuc. lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. n. 255. Plaza de delictis. c. 31. nu. 5. vers. rursus. Menochius multa afferens ex Tiraquello petita, quem ibi refert, ad probandum quā indecora sit hæc inspectio, libr. 2. de arbitrarijs, centuria. 1. casu. 38. à n. 3. Intellige tamē hoc, quando dubitatur de pubertate: secus enim quando de virginitate, vel an vir habeat membrum aptum generationi. Cū enim hæc iudicari nequeant absq; partium verendarū inspectione, eē necessitate cogente inspiciedæ sunt. Ita Hof. n. 2. Ioan. Andr. Anton. Anchar. Henric. ibidē. Secūdo intellige, quando matrimonij, nondū initū est. Nā si eo inito, de eius valore disceptetur, allegeturq; copula ad probandū

ætatem

ætate malitia suppletā esse, atq; adeo fuisse validū: inspicī debent à matronis partes verendæ femina. Quōd hoc nimia vrgētī necessitate fiat, ne dissolatur matrimonij. Sic Hof. eod. n. 2. & Alexan. de Neuo d. c. continebatur. n. 31.

33 Sed dubitabit, an standū sit iuramento vi ridicentis se copulā habuisse cū impubere? Aliqui affirmant puella existenti proxima pubertati, vt in vndecimo anno, vel circa duodecimū, stari tali iuramento, ac iudicari matrimonio. Secus si non sit proxima pubertati: tūc enim aliæ probationes desiderantur. Sic Anton. c. cōtinebatur. n. 10. de desponsat. im pub. & ibi Abb. n. 7. Præpos. n. 3. Francil. Marc. decil. parlamenti Delphin. 680. nu. 4. p. 2. Verac. 1. p. speculū, arti. 39. conclus. 4. Imō Abb. nu. 9. & Veracruz eadem conclus. 4. idem affirmant, quando femina est in decimo anno. At verius est, non pudori pareatur, & honestas continebatur, vers. si autem, de desponsat. im pub. diuersificari debet à præcedentibus in facto, & in iure, ob particulam illā aduersariā, autē, iuxta ea que notantur. l. sed si se ge. ff. de petic. hered. & idē debet intelligi dum ibi dicitur puellā pubertati proximam à viro cognitam non esse à viro separandam, quādo ea copula sufficēter probatur. Quando autē paulō ante ibi dicitur standum iuramento viri in hac copula, intelligitur quādo femina pubes est. Quōd inde etiā constat, quia Pontifex allegat in decretis haberi standum iuramento viri aferentis se cognouisse vxorem: vbi Gloss. verb. in decretis refert. c. si quis vxorem. 33. q. 1. in quo textu nō est sermo quādo femina in pubes est. Et ita docet Alex. de Neuo eo. c. continebatur. n. 32. & fauet valde Couar. 4. decret. 2. p. c. 5. n. 3. vbi cū Dominico cōf. 24. n. 9. ait allegantē copulā impuberis cū femina debere actū copulæ probare: q; si id probare velit ex eo q; femina habitans cū impubere corrupta reperitur, oportere probari eā traditam esse impuberi virginem, ac tempore cohabitationis cum eo corruptam reperiri.

34 Quinta cōclusio Menstruum in femina sufficit ad probandā aptitudinē eius ad generationē. Ducor, q; femina ex tempore quo menstrū habet, & nō antea cōcipere valeant, vt docent Lyra super illud Exo di. 21. Egre dicitur gratis, & ibi Abul. q. 13. vers. de pubertate. Donatus Antonius libro de vtero gerētibus. c. 1. initio. Valles de sacra philosophia. c. 10. & cōsonat Arist.

lib. 7. de histor. anim. c. 2. initio, vbi ait cōceptū mulierū à profluio menstrui super verē natura incipere: at fieri posse sed rarō aliquis sine profluio cōcipere. Et idē hāc conclusionē tenent Rosell. verb. mari. 2. n. 3. Syl. verb. matrimonium. 5. q. 3. Henric. quæz lib. 1. de matr. c. 13. n. 11.

35 Sexta cōclusio. Si puer aptus sit ad feminis effusionē, præsumitur quoq; ad matrimonij aptus. Quia feminis effusio esse nequit nisi in apto ad generandū. Et ita docet Rosell. & Syl. n. præcedenti allegati.

36 Vltima cōclusio. Sola lanugo in pueri pu dendis nō arguit potentia ad generandū, ac malitia suppletā ætatē. Quia nec omnes pilosi sunt potentes, nec omnes nō pilosi impotētes. Ita docent Hof. c. puberes. n. 2. de desponsat. im pub. Dominicus cōf. 24. nu. 6. Quavis Innoc. c. de illis, el. 2. statim in principio, de desponsat. im pub. & ibi Alexander de Neuo. n. 8. dicent ex lanugine apparere potentiam.

SVM MARI VM.

Quando dicitur puer proximus pubertati referuntur variæ sententiæ, num. 37. 38. & 39.

Hoc relinquatur arbitrio iudicis, nu. 40.

Quid spectandum sit à iudice ad id arbitrariū, nu. 41.

Quota pueri ætate desiderentur vrgentiora signa, nu. 42.

37 Vltimo vltima: Quota ætate dicitur pueri pubertati proximi. De hac re latē disserit Menoch. de arbitrarijs, lib. 2. Ceterum, ea su. 57. à n. 20. vsq; in finem, vbi varias refert sententias, & earum fundamenta. Sed breuiter quatuor sententiæ referant. Prima docet pubertati proximum dici eum, qui ab ea per sex mēses dilat. Ducitur ex hōn tantum. ff. de excus. tutor. & alia fundamenta afferit Menochius. Sic docet glossa. c. continebatur. verb. proxima, de desponsat. im pub. & ibi Innoc. n. 2. Anchar. n. 4. Cardin. num. 3. & 6. Alex. de Neuo, num. 23. sine Paulus cōfil. 277. quia per primū numer. 5. volumini. 1. (in alia editione est cōfil. 272.) Iason, & multi alij quos refert ibi Menochius. Staphilæus de linteris gratiæ, tit. de modis vacationis, in quinto modo. n. 5. Henric. lib. 1. de matr. c. 13. n. 11. Et hoc dicit valde notādū Abb. d. c. cōtinebatur. n. 9. ad statuta loquētia de proximo

alicii ætati, vt talis dicatur, quando ab illa sex mensibus, aut minori spatio distat. At quoad matrimonium valde cõfusè loquitur.

38 Secunda sententia est, ætati alicui proximi appellati, qui est circa finè ipsius, aut ipsam excessit per tres dies. Sic Host. c. cõtinebatur, de despons. impub. sed hæc reprobatur Menoch. d. casu. 57. a. n. 37.

39 Tertia sententia dicit pueru dici proximu pubertati quoad matrimoniu, quando excessit annu decimu cũ dimidio: & puella cũ excessit annum nonu cum dimidio: Ratio est desumpta ex Abbate. c. continebatur. n. 9. de despons. impub. Quia à fine infantia, nèpe, septennio restant in puero vsq; ad pubertatè septem anni: & qui excedit decimam cũ dimidio, iam excedit huius tẽporis medietatè, & sic propinquior est pubertati. Similiter in femina à fine pueritiæ vsq; ad pubertatè restant quinque anni: quare quando excedit nonu cũ dimidio ià excedit medietatè. Hanc tenent Rosella matrimoniu. 2. n. 4. Sylu. verb. matrimonium. 5. q. 4. & multi alij, quos refert Menochius. d. casu. 57. n. 2. licet non explicent quoad matrimoniu: sed forsan loquuntur quoad contractus, & obligandũ se naturaliter. Et hanc sententiam latè reprobatur ibi Menochius. n. 23.

40 Vltima & verior sententia est, iudicis arbitrio relinqui, qua ætate dicantur masculus & femina impuberes pubertati proximi. Quod cũ id iure præscriptum nõ sit, merito iudicis arbitrio cõmittatur. Et ita sustinent Goffred. sum. tit. de despons. impub. n. 5. Anton. c. attestaciones, in fin. eo. tit. Præpos. c. continebatur, in fin. eod. tit. Francus. c. vnico. §. idem quoq; tit. 1. eod.

trit. in 6. Faber, Salyæus, Decius, Viglius, Corasus, quos refert, ac sequitur Menochius. d. casu. 57. n. 43. D. Antonius. 3. p. tit. 1. c. 19. in principio, colum. 3. Tabiena, verb. matrimonium. 2. q. 6. n. 7. Sotus. d. d. 35. q. vnica, ar. 5. colum. 3. vers. quod si rursus. Couar. clem. si furiosus, de homic. 3. p. initio. n. 5. & in 4. decret. 2. p. cap. 5. nu. 5. Gregor. Lopez. l. 6. fin. tit. 1. p. 4. Duenas multo, alios referens regula. 259. limitatio ne. 3. Gutierrez auct. sacramenta pueru, nu. 4. C. si aduersus venditionem. Plaza de delictis. c. 34. n. 4.

41 Iudex autè ad hoc arbitrãndu, non tam annorum numerum, quàm personæ conditionem, adusq; qualitatè spectabit: eritq; spectanda regionis qualitas in qua impubes natus est. Quædam enim regiones calidiores pueros, quàm alia procreant, & n. 29. alias etiam coniecturas proposui. Sic multis testimonijs probans docet Menochius. d. casu. 57. a. n. 44. ad 52.

42 Demum obserandũ est, iudicem volentè decernere proximu esse pubertati puerum, qui decimu annum cũ dimidio non excessit: aut feminã minorem nono cum dimidio, id nõ facturum, nisi cautiõsimè, ac raro, maximisq; cõiecturis persuasum. Quod præsumptio ex modicè gratis natura deducta valde repugnet. At post eã ætatè nõ ita virgètes cõiecturæ desiderantur, sed sufficit aliquot mediocriter signa perpèdere. Si verò semestre tantu ad pubertatè desit, audacius, & leuioribus argumentis est iudicandus puer pubertati proximus. Et ita docent Couar. 4. decret. 2. p. c. 5. nu. 5. Duenas regula. 259. limitatio. 3. ad fin. Menochius. d. casu. 57. n. 52.

DISPVT. CENTESIMA QVINTA.

An impotentia ex morbi situ confurgens, vt quia contrahens ita in mortis articulo est, vt salus omnino desperetur, irritet matrimoniu: an potius id valeat, etiam ad reddendam prolem antea habitã legitimam in substituti præiudicium?

SVMMARIVM.

QVot que rationes disputanda sunt, nu. 1. An matrimonium in articulo mortis valeat? Refertur opinio. n. 2. Est validum, nu. 3. An reddat prolem antea habitam legitimam. Refertur opinio. n. 4.

Reddit legitimam. n. 5. Id habet verum, quamuis senex decrepatus tunc contrahat. n. 6. An ea legitimatio vim habeat excludendi cũ qui deficiet prole legitima substitutus est, quando nõ facta est animo defraudandi substituti? Refertur quedam sententia. n. 7.

Propo-

Propositor Auctoris sententia. n. 8. Quid, quando constat de animo fraudandi substituti? Refertur opinio. n. 9. Explicatur auctoris sententia. n. 10. Satisfis ar. gumentis. nu. 11.

1 **T**Ria petit disputatio præsens. Primum est, an matrimonium in articulo mortis, desperata iam salute, inuicem valeat? Secundum, an prolem legitime: Tertium, an id sit verum in præiudicium substituti, deficienti prole legitima?

2 Quoad primum, videtur id matrimoniu irritum. Quod adus incipere nequeat, vbi finiri debeat: & idèd vsusfructus iniuulter legatur in tẽpore mortis vsusfructuarij, quo terminandus vsusfructus est. Titio cum morietur, ff. de vsufructu. ibi. Titio cum morietur, iniuulter vsusfructus legari intelligitur, ipse id tẽpore videlicet callatus, quo à persona discedere incipit. Cuius ratio est, quod idem momentum nequeat esse causa libertatis, & obligationis. Quippe contrarios effectus produceret. Quod cũ ipsarum natura pugnat, teste Platone lib. 4. de Republica. At tunc dissoluit matrimonium morte debeat. Non ergo poterit tunc incipere. Secundò, quia copula tunc est impossibilis. Nec inuit ad vitandam fornicationè cum constitutus in articulo mortis eo periculo careat, & esto illi subisset, nec sibi, nec cõpari satisfacere possent copula habitã. Ergo id matrimoniu tanquã dupliçi suo sine destruitum est irritum. Et idèd hanc sententiam tenet Baldus. l. sed est questum, in fine. ff. de liber. & posth. Et in eam, quãuis dubius, inclinatur Cynus Insuper, in fine. C. de natural. liber. quando non est aliqua soboles ante id matrimoniu habitã, quæ per illud legitima reddenda sit: secus ea sobole extante. Quod in priori casu sobolis spes deficiat: non autè in posteriori. Vt. n. 6. explicabimus.

3 Ceterum vera omnino sententia est, id matrimoniu esse validum. Idque constat ex vsu Ecclesiæ: qui habet, vt in articulo mortis constitutus valde affectus erga concubinam, cui diu adhaerens, illam ducat, ne salus eius spiritualis desperetur ob concubinæ affectum, ac defectum propositi recedendi ab illa. Secundò, quia potentia generandi adhuc perseverat, quamuis vsus illius futurus minimè sit ob impedimentum extrinsecum. Tertio, quia nec propositu nõ suscipiendæ prolis, nec debiti nõ

reddendi irritat matrimoniu, quado id in pactum non deducitur. c. finali, de condit. appos. Et constat in cõtrahente animo ingrediendi in religionem. ante consummationem. At in hoc euenit id non deducitur in pactum. A dde Glosam. l. Gallus, in principio, verb. in decem mēibus, ff. de liber. & posth. videri sentire posse in die ipsa mortis concipi prolem: dicens in numero mentium, quibus proles naturaliter edi potest, cõputandam mortis diem. Tãdem, quia in eo mortis articulo potest contrahi matrimoniu spirituale, proficèdo. c. sicut tenor, de regular. Cur ergo nõ poterit carnale. Nec obstant in contrarium adducta. Nam ad primum respondetur, aliud esse conferre matrimoniu in tẽpore mortis, id est, vt à tempore mortis valere incipiat: & aliud id inire mortis tempore. Prius enim fieri nequit, vt potè quod est contra vinculi coniugalis naturam morte ipsa dissolventi. Et hoc est, quod deciditur in l. Titio cum morietur, in eo argumetõ allegata. At posterius fieri optime potest: cum contrahatur tempore habili, ac pro tempore habili. Nec dem tunc producit diuersos, ac contrarios effectus: sed cõsensu efficit matrimoniu valere: quod postea mors dirimit. Nec obstant etiam secundum argumentum. Quia dicendũ est, matrimoniu non potè contrahi ab eo, qui ex naturali, & propria virtute generare nequit: secus quando potest, atque ad id habitum habet, quamuis eius exercitiũ sit ad tempus morbo suspensum. Cùm is habitus possit quandoque ad exercitiũ reduci. Et idèd hanc sententiam tanquam certissimam tenent vniuersi Doctores tota hac disputatione allegandi.

4 Circa secundum, quæ situm, nimirum, an id matrimoniu tunc inuit sit ita efficax, vt valeat reddere legitimam prolem naturalem antea habitã? Baldus. eam quã, n. 27. C. de fidei commiss. quauis fateatur id matrimoniu valere, negat tamen efficax esse ad reddendam prolem antea habitam legitimam. Quod l. nuper. C. de natural. liber. decidatur matrimoniu habere vim legitimandæ prolis, quando spe sobolis inuit. Quod in eo matrimonio minimè reperitur. Secũdò, quia tunc nequit cõstitui dos onerib' matrimonij sustinendis deferens. Quod vt prolis legitime vi gaudeat, desiderat. l. Julian. ff. de iur. dot. At similiter est verissimũ, id matrimoniu habere vim legitimandæ: et si modò

Handwritten marginal notes on the right side of page 709, including 'ag. i. ex nuper' and '2. ag. co. l. Julia'.

msb90

pro-